MAXIMUS CONFESSOR. CASSIODORUS. NOTKERUS BALBULUS. AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 45r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



moratione suspendant in deum.
an tu aliud existimas. Av. Omni
no assentio. Aug. Non te ergo mo
uet quod summus magister cum
orare doceret discipulos uerba
quedam docuit. in quo nichil
aliud uidetur fecisse quam docuis
se. quomodo in orando loqui opor
teret. Av. Nichil me omnino
istud mouet. non enim uerba sed res
ipsas eos uerbis docuit. quibus
etiam se ipsi conmonefacerent.
a quo & quid esset orandum. cum in
penetrabilibus ut dictum est mentis
orarent. Aug. Recte
intelligis. simul enim te credo
animaduertere. etiam si quis
quam contendat. quamuis nullum
edamus sonum. tamen quia ipsa uer
ba cogitamus nos intus apud
animum loqui. sic quoque locutio
nem nichil aliud agere quam con
memorare. cum memoria cui uerba
inherent. ea reuoluendo facit
uenire in mentem res ipsas quarum
signa sunt uerba. Av. Intelligo ac
sequor. Aug. Constat ergo inter
nos uerba signa esse. Av. Con
stat. Aug. Quid signum. nisi ali
quid significet. potest esse signum.

Av. Non potest. Aug. Quod uer
ba sunt in hoc uersu. Si nichil ex
tanta superis placet urbe relinqui.
Av. Octo. Aug. Octo ergo signa sunt.
Av. Ita est. Aug. Credo te hunc usum
intelligere. Av. Satis arbitror.
Aug. Dic mihi quid singula uerba signifi
cent. Av. Video quidem quid signifi
cet. si. sed nullum uerbum aliud quo
exponi possit inuenio. Aug.
Saltem illud inuenis. quicquid sig
nificatur hoc uerbo. ubi nam sit.
Av. Videtur mihi. quod dubitationem
significet. iam dubitatio ubi
nisi in animo est. Aug. Accipio
interim. persequere cetera. Av. Ni
chil quid aliud significat. nisi id
quod non est. Aug. Verum fortasse
dicis. sed reuocat me ab assenti
endo quod superius concessisti non esse
signum. nisi aliquid significet. Quod autem
non est. nullomodo esse aliquid potest.
Quare secundum uerbum in hoc uersu non
est signum. quia non significat aliquid.
& falso inter nos constitit. quod
omnia uerba signa sint. aut omne
signum aliquid significet. Av. Nimis
quidem urges. sed quando non habemus
quid significemus. omnino stulte
uerbum aliquod promimus. Tu autem